



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Et Docta Divi Alchimi Aviti Viennensis  
Archiepiscopi, & Claudij Marij Victoris Oratoris  
Massilie[n]sis, poëmata, aliaq[ue] non poenitenda**

**Avitus, Alcimus Ecdicius  
Marius Victor, Claudius**

**Lvgdvni, 1536**

Capvt XII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12149**

Ipsa etiam leges elementa resoluere primū  
 Et violare fidem mortalibus omnia certant.  
 Inflatur ventis pelagus, volvuntur & vnde:  
 Excitusq; nouum turgescit pontus in æstum.  
 Tunc primum tectis tetra caligine cœlis  
 Ingratos hominum castigatira labores  
 Grandineos pauidis fuderunt nubila nymbos.  
 Atq; polus discors inuidit germina terris.  
 Quin magis ipsa sibi tellus aduersa negauit,  
 Seminis excepti vertens mentita nitorem.

## C A P V T      XII.

**H**Aec mala tū primū gemini sensere parētes:  
 Posteritas nam quanta ferat dispendia rerū  
 Vix cui vel linguae sint centum, ferrea vel vox  
 Enumerare queat: nec si quem Mantua misit,  
 Mæoniusq; canat diuino carmine vates.  
 Nam quis tot referat motus: quis talia fando  
 Euoluat totos qui voluūt secula fluctus:  
 Arma fremūt, crebra quatitur formidine mūdus,  
 Funditur irriguus sanguis, maiorq; sititur.  
 Quid dicam celsas preclaris cœtibus vrbes  
 In deserta dari: populos populante ruina  
 Dispergi, & lacerum vacuari partibus orbē:

e 2 Seruitio

Seruitio subdi dominos, famulosq; vicissim  
 Præferri dominis, & belli sorte perire  
 Sors generis quondam quos claro è sanguine misit.  
 Et si forte breui requiescant tēpore bella,  
 Legibus armatas furere in certamina leges.  
 Ius anceps pugnare foro, quo iurgia fratru  
 Non leuius votis feriunt quam prælia telis.  
 Sed quis vota notet, clamet quū facta nocentur?  
 Quis fraudes & furta gemat gaudete rapina?  
 Quis ue minora fleat si coram maxima fiunt,  
 Inde minora tamen si summis iūcta notentur?  
 Nam perisse nullum facinus sub iudice paruum est.  
 Nec datur hic cūctas pcurrere carmine fraudes:  
 Hoc vnum dicam br euibus, post damna priorū  
 Nil superesse malī, quod nō vel perpetret orbis,  
 Vel toleret, plenus scelerum, plenusq; dolorū.  
 In casu discriminē habent, & crimen in actu.

## C A P V T    XIII.

**S**Ed tu Christe potes cui semp pcere prōptū est,  
**T**u figulus massam potis es reparare caducā,  
 Et confracta diu ac resoluta refingere vasa,  
**Luce.15.** Qui dudu in vili latitante puluere drachmā  
 Clara euangelij uerbiq; ardente lucerna  
 Inuestigasti